Item sunt alie insule: q̄ ab elespon
to vsq3 ad gades in mari magno.
sunt cōstitue. Ciprus insula a ciui-
tate cipro que in ea ē nomē accepit. Ipa ē et
paphon veneri consecrata: in carpacio mari
vicina austro: famosa quondam diuicijs: &
maxime eris Ibi em̄ pma inuencio huius me
talli fuit & vtilitas. Creta insula grecie ps est
ingens cōtra peloponensem: dicta a crete q̄
dam indigena: que aiunt vnū cretarū fuisse
a q̄bus iupiter ibi absconditus ē & enutrit9.
Est aūt insula grecie inter ortū solis et occa
sum lōgissimo tractu porrecta. A septētrio-
ne grecie estibus. Ab austro egiptus vndis
pfusa Fuit aūt quondā cētum vrbibꝫ nobi-
lis: vnde & hec cētopolis dicta ē pma & te-
mis & sagittis claruit. prima litteris iura sin
xit: equestres turmas pma docuit. Studiuz
musicū ab ydeis dactilis in ea inceptum est
Capris copiosa: ceruis eget: lupos et vulpes
aliaq3 ferarū noxia nusq̄ gignit. Serpēs nul
la ibi: nulla noctua: & si inuehatur statī mo-
ritur Larga ē aūt vitibꝫ & arboribus. Dip-
tānus herba in creta nascitur: & alimosa: q̄
morsa diuturnā famē phibet Sfalāgos aūt
venenatos gignit: & lapidē q̄ ydeus dactil9
dicitur. Abidos insula ē in europa sup elles-
pōtum posita: angusto & piculoso mari se-
perata: & ab ydos grece dicta qd̄ sit introi
tus ellespōti maris: in q̄ xerses pontē ex na
uibus fecit et in greciā transijt Choos insula

est adiacens puincie attice in qua ypocra-
tes medicus natus est q̄ vt varro testis est
arte lanificij pma in ornamentum feminarū
inclaruit.

De cicladibus. CA XIX

Iclades grece quondā insulas in-
de autumant dictas: qd̄ licet spa-
cijs longioribus a delo piecte in
orbem: tñ circa delum site sunt. Nā orbem
cidon greci loquūtur Quidā vero nō qd̄ in
orbem digeste sed ppter scopulos qui circa
easdem sunt dictas ciclades putant. Ne in
elespōnto inter egeum & maleū mare cōsti-
tute: circūdantur etiā myrtheo pelago. Sūt
aūt omēs numero. q 3. tendentes a septentri
one in meridiem p milia quingenta Ab oriē
te in occasum p milia ducenta. Metropolis
earū rhodus. Delos ē insula in medio cicla
dum sita: et dicta a delos fertur quia post di
luuium qd̄ ogigi tpibus notatur cū orbem
multis mensibus cōtinua nox inumbrasset.
añ omēs terras radijs solis illūinata ē: sorti
taq3 ex eo nomē: qd̄ pma visibus manife-
sta fuisset. Nā delum greci maīfestum dicūt
Ipa est & ortigia eo qd̄ ibi pmum vise sunt
conturnices aues: q̄s greci ortigias vocant
In hac insula: latona enixa est appolinem &
dyanam. delos aūt & ciuitas et insula dici-
tur. Rhodus cicladum pma ē ab oriente in
qua rose capitolū dicitur esse inuentū: dū ibi
ciuitas cōderetur: ex quo & vrbs & insula
rhodus ē appellata In hac vrbe solis collos
sus fuit ereus: septuaginta cubitorū altitudi-
ne Fuerūt et alij centū numero ī eadē insula
collossi miores Fertur aūt quondā hec insu
la adeo magno tremotu cōcussa fuisse: vt la-
bentibꝫ in illis tectis. ingens quoq3 ille collo
sus rueret. Thenedos vna excicladibus ad
septentrionem sita in q̄ olim ciuitas athene
quondā condita ē. Vnde nomē vrbis illius
vel potius insule fuit. Nam thenes ille infa-
matus: qd̄ cū nouerca sua concul uisset: fugi-
ens in hanc insulam vacuā cultoribus obti-
nuit. vnde & thenedos insula dicta ē Sic ci-
cero inquit. Thenen ipsum cuius ex nomine

thenedos noīatur. Naxon insula cicladum a dyonisio dicta quasi dyanaxon qđ fertili tate vitiū vincat ceteras Est aūt a delo ꝑ decem & octo milia passuū sepata ex q̄ olim iouis fertur adūsus titanas fuisse ꝓfect⁹. Melos ex numero cicladū vna omīm insularū rotūdissima: vn̄ & nūcupata. Carpatos est vna ex cicladib⁹ a meridie posita cōtra egiptū a q̄ carpatiū mare est appellatū: vocata ꝓpter celerē fructuū maturitatē. Est em̄ int̄ egyptū & rhodum. Ex hac insula ducūtur & carpasie naues magne et spaciose. Cythera vna ē ex cicladib⁹ a ꝑte occidua: vocata qđ ibi sit venus orta cui⁹ antea porfiris nomen fuit. Icaria ē vna de cicladib⁹: que icarico mari nomē dedit Hec inter samum & michoniū ꝓcurrentib⁹ saxis inhospitalis est. & nullis sinibus portuosa Dicitur aūt ycarum cretēsem· ibi naufragio interijsse: et de exitu homīs impositū nomen loco·

De ceteris insulis magni maris CA XX

b Istoria dicit ex iasone natū fuisse philomeū & plutū: ex philomeo pareātem genitū: qui de suo noīe paron insulam & opidū appellauit Pri⁹ aūt minoia: deinde paros ē dicta De q̄ Virgilius Niueūq꜒ paron Gignit em̄ marmor candissimū: qđ pariū dicūt Mittitq꜒ sardē lapidem: marmorib⁹ q̇dem p̄stantiorē: sed int̄ gemmas vilissimū. Chyon insula syra Syri em̄ masticē: chyon vocant Samo insula est in mari egeo: vbi nata ē iuno: ex q̄ fuit sibilla samia: pytagoras sami⁹: a q̇ philosophie nomē inuentū ē In hac insula repta pri⁹ fictilia vasa tradūtur: vn̄ & vasa samia appellata sunt· Sycilia a sycano rege sicania dicta ē· deinde a siculo fratre sicilia· ytali prius autē trinacria dicta ꝓpter tria acria· id ē ꝓmontoria: peloꝝ: pachinū: libeum hec ab ytalia exigao freto discreta africū mare ꝓspectās: terris frugifera: auro abūdans: cauernis tn̄ & fistalis penetrabilis: ventisq꜒ & sulphure plēa Vn̄ & ibi ethne mōtis extāt incēdia In cui⁹ freto scilla ē et caribdis: qbus nauigia aut absorbentur aut collidūtur. Fuit aūt quondā ꝓpria patria ciclopū: et postea nutrix tyrannoꝝ: frugiū fertilis ac p̄mū terris omīb⁹ cōmissis semībus aratro ꝓscissa Principē vrbiū syracusas: hēt & fontē aretusam: & alpheum fluuiū magnoꝝ generatorem equoꝝ In ea insula p̄mū ē inuenta comedia: achatē lapidem: ipa p̄mum ex achate flumīe ꝓtulit· Parturit & mare eius coralliū· gignit & sales agrigētinos: in igne solubiles: crepitātes in aquis Omnis ambit⁹ eius clauditur: stadiorū trium miliū Salustius aūt dicit italie cōiūctam siciliā fuisse: sed mediū spaciū impetu maris diuisum & ꝑ angustiā scissum. Tapsum insula stadijs· 10· a sicilia remota iacens & planior vn̄ & nūcupata· de qua Virgili⁹ Tapsumq꜒ iacentē Eolie insule sicilie appellate sunt ab eolo ypote filio quē poete finxerūt regem fuisse ventoꝝ. Sed vt varro dicit rector fuit istarū insulaꝝ et qm̄ ex earū nebulis & fumo: futuros p̄dicebat flatus vētorū ab imperitis visus est vētos sua ꝑtate retinuisse Eedem insule & vulcanie vocātur: qđ et ip̄e sicut ethna ardeāt Sūt aūt· 9 · hn̄tes ꝓpria noīa Quaꝝ p̄ma liparus qm̄ lipar vocabatur q̇ eam an̄ eolū rexit. Altera therasia vocatur: qđ sit collib⁹ excollentissimus Tercia stronglie: in q̄ eolus regnare fertur: reliq꜒ vero· 1. strongile: didime: erifusa: festia: fenicusa: enonimon: stripodes: sonores: que qm̄ nocte ardēt Eolie siue vulcanie dicūtur Ex his quedā ab inicio nō fuerūt postea mari edite sunt: et vsq꜒ nunc permanent·

Adbuc de eodem· CA XXI

ſ Ardis hercule ꝓcreat⁹: cū magna mltitudīe a libia ꝓfectus: sardiniā occupauit: & ex suo vocabulo insule nomē dedit Hec in africo mari facie vestigij hūani tam in orientē q̄ in occidentē latior ꝓminet ferme parib⁹ lateribus q̄ in meridiem & septētrionē vertūt: terra patēs in lōgitudine milia· 140 · in latitudine· 40· In ea neq꜒ lupus: sed solifuga tm̄ animal exiguū· hominib⁹ ꝑniciosum· vennenū q̊q꜒ nō nascitur ibi· nisi herba ꝑ scriptores plurios & poetas memorata apiastro similis q̄ hominibus

ric⁹ cõtrahit: & q̃si ridẽtes interimit. Fontes h̃et sardinia calidos: infirmis medelã p̄bẽtes: furib⁹ cecitatẽ: si sacramẽto dato oculos aq̃s eius tetigerit Cursice insule exordium incole ligures dederũt: appellãtes eã ex noĩe ducis Nã mulier q̃dam ligur. corsa nomĩe cũ thaurũ ex grege quẽ ꝓpe littora regebat trãsnatare solitũ atq̃ p̄ intualla corpe aucto remeare vidẽt. cupiẽs scire icognita sibi pabula taurũ a ceteris digredientẽ vsq̃ ad insulã nauigio ꝓsecuta ẽ. cui⁹ ĩgressuz insule fertilitatẽ cognoscẽtes ligũes ratib⁹ ibi ꝓfecti sunt: eãq̃ noĩe mulieris auctoris & ducis appellauerũt: hec grece cyrene dicitur a cyrno herculis filio habitata De q̃ Virgilius Cyrena taxos Diuiditur aũt a sardinia. 20. milium freto cĩcta: ligustici equoris sinu ad ꝓspectũ ytalie Est aũt multis ꝓmõtorijs angulosa gignẽs letissima pabula: & lapidẽ quem catochitẽ greci vocẽt Ebolus insula ẽ hispanie dicta q̃d a zomo nõ ꝓcul sit: q̃si ebosos. cui⁹ terrã serpẽtes fugiũt Huic cõtraria ẽ colubraria: q̃ referta ẽ anguib⁹ Baleares insule hyspanie due sunt: affrosiades. & ginnasides maior & mior: vñ & eas vulg⁹ maioricã et minoricã nũcupat In his p̄mũ inuentus ẽ vsus fundaꝝ: q̃bus lapides emittũtur vnde & baleares sunt dicte. Balin eñ grece emittẽ dicitur: vñ & balista q̃si missa et fundibalũ. Virgili⁹. Balearis ubera funde Cõmũe ẽ insul̃ vt ꝓmineãt: vñ & loca eoꝝ ꝓmõtoria dicũtur Sic Salusti⁹ de sardinia in oriẽte latior ꝓminet q̃ in occidẽte.

De ꝓmũctorijs vel ꝓmõtorijs. XXII

s Sygeũ ꝓmũctoriũ vl̃ ꝓmõtorium asie vbi hellespõtus aptius dilatatur Dictũ ẽ aũt sygeũ ꝑpt̃ hercul̃ taciturnitatẽ. quia ꝓhibitus hospicio a laomedõte trayanoꝝ rege symulauit abscessuz & inde cõtra troyã cũ silentio venit: q̃d dicitur syge Maleũ ꝓmõtoriũ grecie q̃d itrat mare. & p̄ milia q̃nq̃ginta ꝓtenditur vbi vnda ita seua ẽ. vt ꝑseq̃ nauigantes videatur: hocaũt ꝓmõtoriũ a Maleo rege arginorũ nomẽ accepit Peloꝝ ꝓmõtoriũ sicilie respiciẽs ad aq̃lonẽ s̃m Salustiũ: dictũ a gubnatore hanibalis illic sepulto Pachinũ ꝓmõtorium sicilie austrũ expectãs ab aeris crassitudine dictũ Nã ibi aer ẽ crassus & pinguis. austro eñ ꝓflatur. Lilibeũ ꝓmõtoriũ sicilie solis occasum intendẽs vocatũ ab eiusdem nomĩs ciuitate q̃ ibi sita ẽ Barion ꝓmõtoriũ numidie vocatũ eo q̃d aq̃lonẽ intẽdat. Calpis hyspanie promontorium

De montibus. CA XXIII

m Mõtes sunt tumores terraꝝ altissimi dicti q̃d sint eminẽtes Quidã autẽ ꝓprijs ex causis vocati sunt: ex q̃bus notãdi sunt: qui opinione maximi celebrãtur Mõs caucasus ab india vsq̃ ad taurũ porrect⁹ ꝑ gentiũ & lingnarũ varietate q̃quo versum vadit: diũsis nomĩbus nũcupatur Vbi aũt ad orientẽ in ex celsiorẽ consurgit sublimitatẽ ꝑpt̃ initiũ candorẽ caucasus nũcupatur Nã oriẽtali lingua caucasum singnificat cãdidũ: id ẽ niuib⁹ densissimis cãdidantẽ vñ et eũ scite q̃ eidem mõti iunguntur croacasim vocauerũt Casin eñ apud eos cãdor siue nix dicitur Mons taur⁹ a plerisq̃ idem vocatur qui & caucasus Libanus mõs fenicũ altissim⁹ cui⁹ meminerũt ꝓphete: dictus a thure quia ibi colligitur. Cui⁹ eaps q̃ ẽ sup eũ ad orientalẽ plagã respiciens Anthiliban⁹ appellatur. id ẽ cõtra libanum Ararath mons armenie in q̃ archam hystorie post diluuiũ resedisse testãtur Vñ et vsq̃ hodie ibidẽ lignorũ eius videtur vestigia. Acroceraunij mõtes ꝑpt̃ altitudiem & fulminũ iactus vocati sunt Grece eñ fulmẽ ceraunios dicitur Sũt aũt inter armeniã et hyberiã incipiẽtes a portis caspijs vsq̃ ad fontem tigridis fluuij Iperborei mõtes scithie dicti q̃d supra. id ẽ vltra eos flat boreas Rifi mõtes in capite sunt a ꝑpetuo ventoꝝ flatu noĩati. Nã Olimp⁹ mõs macedonie nimiũ ꝑcelsus: ita vt sub illo nubes esse dicatur. de q̃ virgili⁹ Nubes excessit olimpus. Dictus aũt olimp⁹ q̃si olo lampas id ẽ q̃si celũ: hic mõs macedoniam diuidit a tracia. Athos mons macedonie. & ipe altior nubib⁹: tãto

q; sublimis vt i lepno isula vmbra eius ptē dat q̄ ab eo·76·milib9 separatur. Parnasus mons est thessalie: iuxta boetiā: q gemio u̇ tice ē erect9 in celū. Hic in duo finditur iuga cirra & nisa Vn̄ et nūcupat9 eo qđ in singul' iugis colebātur·appollo· & liber Hec iuga a duob9 fratrib9 citerō & elicō appellātur Nā elicon dict9 ab elicone fratre ciceroīs· Item ce rauni sunt mōtes epiri·a cebris dicti fulmini bus Grece em̄ fulme̅ ceraunos dicitur Appe̅ nin9 mons appellatus q̄si alpes penice: quia hanibal veniēs ad ytaliā easdē alpes aperuit Vn̄ & Virgili9 Alpes immittit aptas· Has em̄ hanibal post bella hispanie aceto rupit· Iuuenalis Et mōtem rupit aceto Et inde lo ca ipa q̄ rupit appēnine alpes vocātur Mōs ethna ex igne & sulphure dict9 vn̄ & gehe̅ na Cōstat aūt hūc ab ea pte q̄ eurus & afri cus flat habere spelūcas plenas sulphuris & vsq; ad mare deductas q̄ spelūce recipientes in se fluct9 ventū creāt q agitatus ignem gig nit ex sulphure vn̄ fit qđ videtur incendiuz Pireneus et ipe a crebris fulminū ignib9 nūcu patus Grece em̄ ignis piro vocatur Iste est q̇ inter galliā atq; hispaniā·q̄si de industria mu nimentū interiacet Solari9 a singularitate di citur qđ omnib9 hispanie mōtib9 solus alti or videatur siue qđ oriēte sole añ radi9 eius in eo q̄ ipe cernatur Calpes mōs in vltimis finib9 occeâni· q̇ dirimit europam ab africa que̅ athlātis fine̅ esse dicūt: de q̇ lucan9. Hes periem calpē·summūq; impleuit athlantem· Athlas pmethey frater fuit & rex africe a q̇ astrologie artem prius dicant excogitataz Ideoq; dict9 ē sustinuisse celū: ob eruditōem igitur eius discipline & scientiā celi nome̅ ei us in mōtem africe deriuatū ē: qui nūc ath las cognoīatur·q̇ pp̄ter altitudine̅ suā q̄si ce li machinā atq; astra sustētare videtur. Col les sunt p̄eminentiora iuga montiū q̄si colla Iuga aūt montiū ex eo appellata sunt: qđ p pinq̇tate sui iūgantur Tumul9 ē mons bre uis q̄si tumēs tellus. Item tumul9 terra con gesta·vbi nulla memoria ē. Valles em̄ sunt humilia loca q̄si vulsa·hinc et conualles de pressa loca terrarū inter montes.

De ciuitatibus. CA XXIIII

d E auctorib9 conditaꝶ vrbiū plerū q; dissensio inuenitur· adeo vt nec vrbis q̇dem rome origo diligent' possit agnosci. Nā salusti9 dicit Vrbē romā sicuti ego accepi cōdidere atq; habitauere ī initio troiani & cū hijs ab origine Alij dicū tur ab euādro s̄m qđ virgilius dicit· Tunc rex euādrus romane cōditoꝛ artis Alij a ro mulo vt en hui9 nate·auspicijs illa inclita ro ma. Si igitur tante ciuitatis certa ratio non apparet. non mirū si in aliaꝶ opinione dubi tatur Vn̄ nec hystoricos nec cōmentatores varre·i·dicētes imperitie condēnare debem9 quia antiq̇tas ipa creauit errore̅. Sane q̄sdā de q̇bus sancte aut scripture aut historie ge tium certā originē referunt paucis admodū verbis retexere oportet Prim9 añ diluuium cayn ciuitatē enoch ex noīe fily sui in india cōdidit· quā vrbē sola mł'titudine sue po steritatis impleuit Prim9 post diluuiū nem broth gigas·babilonem vrbem mesopota mie fundauit Hanc semiramis regina assirio rū ampliauit murūq; vrbis bitumie & cocto lattere fecit Vocabulū aūt sumpsit a cōfusio ne. eo qđ ibi cōfuse sint atq; pmixte lingue edificantiū turrim Iudei asserūt sem filiū noe que̅ dicūt melchisedech primū post diluui um in syria condidisse vrbem salem·in q̄ re gnum fuit eiusdem melchisedech Hanc po stea tenuerunt iebusei: ex q̇bus et sortita est vocabulum iebus: sicq; duobus nominibus copulatis·iebus et salem·vocata ē iebusalem q̄ postea a salomōe iherosolia q̄si solomoia dicta ē Hec & corrupte a poetis solima nū cupata ē & postea ab elio adriano helia vo citata ē. In ipa ē et syon q̄ hebraice specula cio interpretatur eo qđ in sublimi constructa sit & de lōge veniētia contēpletur Iherusalē aūt pacifica in nostro sermōe trāsfertur. Op pida aūt nobilia·q̇ vel q̄ cōstituerūt Dioni si9 q̇ & liber pater cū indiā victor pambulas set nisam vrbem ex suo noie iuxta indū flu uiū cōdidit· & ·40·milib9 homim impleuit.

Medius aūt egei filius mediam cōstruxit. vnde & regio eius medie nomen sortita est Persopolim vrbē caput persici regni pseus adie filius cōdidit. famosissimā cōfertissimāq; opibus a q̄ & psia dicta ē. Nicteai fontē quoq; parthi apud parthiam condiderunt. in emulationem babilonie vrbis Susis oppidū pside. aiunt memonis fratrem cōstitu isse. Dictū aūt susis qđ immineat suse fluuio Ibi ē regia ciri: lapide cādido & vario cū colūnis aureis. et lacu naribus gemmisq; distincta. cōtinens etiam simulacrū celi: stellis micātibus psignatū. & cetera hūanis mentibus incredibilia Bactrū oppidum bactriani cōdiderūt ex pprio amne illud cognomiantes qui bactrus vocatur Carra ciuitas mesopotamie trans edissam condita a parthis vbi quondā romanus ē cesus exercitus & crassus dux capt⁹. Edissam vrbē mesopotamie cōdidit nembroth filius chus postq̄ de babilone migrauit. in q̄ & regnauit que añ iare cognomiata ē. Ipe & cōstruxit & calamie que postea verso nomie a seleuco rege dicta ē seleucia. Philadelphiam vrbem arabie cōdidit raphaim gens antiqssima qua interfecerunt filij loth. Seleucus vnus ex pueris allexandri. Post mortem eiusdem allexandri occupato regno orientis vrbem in syria cōdidit. eamq; ex anthiochi patris sui nomie anthiochiā nūcupauit. & syrie caput instituit. Ipe quoq; laodiciā & seleutiā: ipse apamiā & edissam vrbē cōstruxit Damascus syrie condita & nūcupata a damasco dispensatore abrahe filio. Hec antea in omni syria tenuit principatū Nec dū em̄ efflorebat ibi anthiochia. laodicia. & apamia. quas vrbes post alexādrum cōstructas esse cognoscimus Hic ē damascus quē abrahaꝫ futurꝫ sibi heredem dixerat anteq̄ esset illi pmissus ysaac Gazam oppidū palestine cōdiderūt euei in q̄ babitauerant capadoces pristinis cultoribꝫ interfectis Vocata aūt gaza eo qđ ibi cambises rex psarꝫ thesauros suos posuit: cū bellū egyptij intulisset. Persarū em̄ lingua thesaurū gaza nomiatur Philistim vrbem cōdiderūt alophili ipa est astalon de q̄ superius memorauimus: nūcupata ex nomine tesloim qui fuit nepos cayn: & filius mesraim Dor vrbs fuit quōdā potētissima & versa vice stratonis turris. postea ab herode rege iudee in honorem cesaris augusti cesarea nūcupata. In qua cornelij: domū xpi vidit ecclesia & philippi ediculas & cubiculum q̄tuor virginū pphetarū Ioppe oppidum palestine marittimū: id ē palestini edificauerūt vbi saxū ostenditur. qđ vinculorū andromade adhuc vestigia retinet: cuius belue forma eminentior elephātis fuit Iericho a iebuseis cōdita traditur: a q̄bus et nomē traxisse phibetur: hāc subuertit iesus Postq̄ instruxit aliā ozam de bethel ex tribu effraim Sed & hec eo tpe q̄ iberusalem oppugnabatur a romanis pptpr pfidiā ciuium capta atq; destructa ē. Postq̄ tertia edificata ē vrbs q̄ vsq; hodie pmanet Sichem samarie vrbem q̄ latie & grece sicina vocatur: edificauit emor appellauitq; eā noie sichē filij sui Ipa ē nūc neapolis ciuitas samaritanorū Bethel vrbē samarie cōdiderūt iebusei. q̄ prius vocabatur luza: sed postq; dormiens ibi iacob vidit scalā innitentē celo et dixit Vere hic dom⁹ dei est & porta celi: hac ex causa nomē locus accepit bethel: id est: domus dei. Qñ aūt ibi ab ieroboam vituli aurei fabricati sunt: vocata ē bethem. id est dom⁹ ydoli. q̄ antea vocabatur dom⁹ dei. Bethleem iuda ciuitas dauid q̄ mūdi genuit saluatorē: a iebuseis cōdita fertur: & vocata pmū effrata: qñ aūt iacob ibi pecora sua pauit. eidē loco bethleem nomie q̄dam vaticinio futuro imposuit qđ dom⁹ panis interptatur ppt eū panē, q̄ ibi de celo descendit. Ebron ciuitas iudee que quondā vocabatur arbe cōdita ē a gigātibꝫ añ septē annos q̄m ab eis tanis vrbs egypti cōderetur Ipa ē arbe a numero ita vocata qđ ibi tres patriarche sepulti sunt: & q̄rtus adā Ipa ē & mabre vocata: ex vno amica abrahe Samaria a q̄ omis regio q̄ circa eā fuit nomē accepit sennacherib rex assiriorꝫ cōstruxit voca

nitq; samariā id est custodiā: quia qn̄ israel transtulit in medos: ibi custodiā constituit Hāc obsidione captā anthiochus solo coequauit. Quā postea herodes a fundamētis instaurans in honorē augusti augustā idest sabasteam greco sermōe vocauit Ibi siti sunt helise9 & abdias pphete & a q̄ maior int natos mulierꝝ nō fuit baptista iohānes. Tiberiadē vero herodes alius in iudea in noīe tiberij cesaris cōdidit. Tirus vrbs fenicum cōdita a fenicibꝫ fuit. Hec ē ciuitas ex qua aurum regi salomoni deferebatur in q̄ optima purpura tinguitur Vn̄ & tiria dicitur nobilis purpura. Fenices a rubro mari pfecti. Sidonē vrbē opulentissimā cōdiderūt quam a pisciū copia sydon appellauerūt. Nā piscē fenices sydon vocatur. Ipsi etiā tirū in syria ipi vticā in affrica ypponē leptim aliasq; vrbes in ora marittima cōdiderunt. Ipi thebas in boetia duce cathnio. Ipi postremo i vltiā omnibꝫ tendētes vrbē in occeano cōdiderūt eāq; lingua sua gades noīauerunt. Nā mos erat antiquus fenicū gētis cū multis simul mercandi causa a domo pficisci & cū incolarū animos cōmertio rerū hījs an̄ incognitarꝝ sibi cōciliassent loca: q̄ condendis vrbib9 ydonea videbātur cape. Ex hījs profecta & dido in litus africe vrbē cōdidit. & carthadā noīauit. qd̄ fenica lingua exp̄mit ciuitatē nouā: mox sermone verso cartago ē dicta. hāc scipio deleuit Que aūt nūc ē: postea a romanis est cōdita Cartago aūt antea birsa: postea tirus dicta ē: deinde cartago. Memphim ciuitatē egypti edificauit epafus iouis fili9. cū in scd̄a egypto regnaret. Hec ē vrbs in q̄ carta nascitur: vbi etiā optimi mathematici fuerūt Nā hāc vrbē magicis artis deditam pristini vsq; ad presens tp̄us vestigia erroris ostēdūt Thanis metropolis egypti vbi pharao fuit & moyses cūcta signa fecit: q̄ in exodo scribūtur: hāc cōstruxisse phibetur titanes: id ē gigantes ex suo noīe nūcupauerūt Eliopolis vrbs egipti q̄ latīe interp̄tatur: solis ciuitas sicut. 70. inter p̄tes arbitrātur. Edificata ē aūt a filijs israel in q̄ putifares sacerdos fuit cui9 meminit ezechiel. Vrbē alexādrinam cōdidit alexāder magnus cui9 & nomē detinet Hāc em̄ idē in t̄minis regionis africe & egypti cōstituit & caput esse regioīs egipti iussit Interiacet aūt int̄ egiptū & mare q̄si claustrū importuosa. hec ē vrbs egipti. postea ūsa in alexādriam Tebas egiptias cōdidit chatin9 q̄ int̄ egipcias vrbes numero portaꝝ nobiliores habetur ad q̄s cōmertia arabes vndiq; subuehūt. Hic regio egipti thebaida dicta ē The bea aūt & boetie sunt et egyptie vno tn̄ auctore sunt cōdite Ptolomais & berenice a regibꝫ egiptijs noīate a qbus & edificate fuerūt. Cesareā capadocie philipp9 in honorē cesaris edificauit Tarsum cilicie danaes ples parseus edificauit. de q̄ ciuitate paul9 ap̄lus Nat9 inq̄t tarso cilicie Quidā etiā loc9 indie tarsus vocatur Seleuciā ysaurie cōdidit seleuc9 q̄ & anthiochiā Ilus aūt apollinis fili9 in frigia iliū cōdidit Amasones ephesum in asia cōstruxerūt These9 vero smirnā cōstruxit. q̄ homero poete patria extitit & smirna vocata qd̄ eius cāpos ernus fluui9 secat Dioscoriā colcoꝝ vrbē amsiat9 & circi9 aurige castoris & pollucis fabricauerūt: et ex eorū noīe eā cognoīantes Nam castor & pollux grece dioscori appellātur Nicomedia a nicomedo rege bithinie edificata ē. Bithinia condita a fenice q̄ p̄mū mirādina vocabatur Cōstātinopolim vrbē tracie cōstātin9 ex noīe suo instituit. solā rome meritis & potētia ad eq̄tā Hec cōdita p̄mū a pausina rege spartanoꝝ & vocata bizantiū vl' qd̄ tantū pateat int̄ adriaticū mare & ppontidē vl' qd̄ sit receptaculū terre marisq; copijs Vn̄ & eā constātin9 aptissimā cōdere iudicauit: vt recepta culū sibi terra mariq; fieret. Atenas i elladas cecrops cōdidit: & ex suo nomīe cecropiaꝝ nomīauit. Hāc anfixion: minerfe sacrauit & nomē ciuitati athenas dedit Nam minerua grece athenas dicitur vn̄ greci mineruā inuētricē m'taꝝ artiū asserunt quia & littere et artes diuersorum studiorum et ipsa philosophia veluti templum athenas habuerunt.

Hanc greci corinthiam vocāt·hoc est admi
nistrationē reipublice Thebas boetie cath=
mus veniens a senicibꝰ condidit thebijs egi
ptijs pus ab eo cōstructis Micenas lacede=
monia cōdita a lacedemone semel filio·epar
ta a sparto filio soronei vocata: qui fuit filius
inachi Ipsam aūt esse spartam: quā & lacede
moniam ciuitatem atq; inde lacedemonios
spartanos dici Achaia ab acheo cōstructa·
Pelops q apud agros regnauit: peloponen
sem vrbē cōdidit Cecrops ī insula rodo: ro
dum edificauit Carpatus chium. Acos tiso
nis filius pasum Angeus ligurgi filius samū
Dardanus aūt condidit dardaniam. Thes=
salonicam thessalus greci filius edificauit in
qua & etiā regnauit·Brundisium construxe
runt greci· Brundisium autem dictum est
grece qđ brunda caput cerui dicatur: sic est
eīn vt et cornua videantur: & caput & ling
ua impositione ipsius ciuitatis In ytalia aūt
a iano ianiculum·a saturno saturnia atq; la=
cium cōditum eo qđ ibi fugiens latuisset co
gnominatū. Ab hercule in campania pom=
peia q victor ex hyspania pompam boum
duxerat. Eneas autē post excidium troie: in
eādem ytaliam veniens ab vxoris nomīe la
uiniā condidit. Astanius vero relicto lauinie
nouerce sue regno: albam longam edificauit
Alba autē vocata ꝓpter colorem suis: longa
quia longū opidum est: iuxta prolixitatem
collis in quo positū est. Ex hac etiā vrbe re
ges albanoꝝ appellari ceperunt. Capuā ca=
pis siluius rex albanorū cōstruxit appellata
noīe conditoris: licet & sint qui dicant a ca=
pacitate eam capuam dictam qđ eius terra
omnem vite fructū capiat: alij a locis cam=
pestribus in qbus sita est. Est aūt caput vr=
bium campanie inter tres maximas romam
cartaginemq; numerata: ex qua & ꝓuincia
ytalie campanie dicta est Romulus cū inter
fecto apud albam amulio· auum numitorem
in regnū constituisset: in eum locū vbi nunc
roma ē deuenit: ibiq; sedes posuit menia cō
struxit·vrbemq; ex nomīe suo romam vo
cauit Hanc aūt ante euander dicitur condi=
disse vt est illud Tūc pater euander romāe
conditor artis. Ancus marcus ex filia nume
pompilij natus·Hic vrbem in exitu tyberis
condidit: que & peregrinas merces excipe=
ret & hostem moraretur quā ab ipo situ ho
stiaꝫ appellauit Galli quidē intestina discor
dia & assidius dissensionibꝰ suoꝝ pmoti se=
des nouas querentes ytaliā ꝓfecti sunt: sedi
busq; ꝓprijs tustis expulsis mediolanū at=
q; alias vrbes condiderūt Vocatū aūt me=
diolanum ab eo qđ ibi sus in medio lanea p
hibetur inuenta Historijs placet a mesappo
greco mesappie datā originē versa postmo
dum in nomē calabrie quā in exordio ceno=
tri frater peucetius peucetiam nomīauerat·
Manto tiresie filia post interitū thebanorum
dicitur delata in ytaliam mantuā cōdidisse·
Est aūt in venetia q̄ galliacis alpina dicitur·
Et mantua dicta qđ manes tuetur Parteno=
pia a parthenope virgine quadā illic sepul=
ta. Partenopia appellata qđ opidū postea
augustus neapolim esse maluit. Ad ꝓmun=
ctorium leuchatē in quo actu apolinis tem
plum fuit: bellū augustus contra antoniū ges
sit. Quo victo vrbem in attico sinu condi=
dit: quā a victoria nicopolim appellauit. Pa
lantus parthenioꝝ dux parthenios consti=
tuit Taras neptuni filius fuit a quo tarentū
ciuitas & condita & appellata ē. Cum cirus
marittimas vrbes gretie occuparet & foten=
ses ab eo expugnati omnibꝰ angustijs pme
rentur iurauerūt vt profugerent: quā lōgis=
sime ab impio psarum vbi ne nomē quidem
eorum audirent·atq; ita in vltimos gallie si=
nus nanibus ꝓfecti armisq; se aduersus galli
cam feritatē tuentes·massiliam condiderunt·
& ex nomīe ducis nūcupauerunt Hos var
ro trilingues esse dicit: qđ & grece loquātur
& latine & gallice Narbonā & arelatū & pi
ctauis coloni ꝓprij condiderunt. Burdega
lim appellatam ferunt qđ burgos gallos p=
mum colonos habuerit· qbus antea cultori
bus impleta est. Terraconam in hyspania sci
piones cōstruxerunt: ideo caput ē terraco=
nensis prouintie. Cesaraugusta terraconēsis

hyspanie oppidum a cesare augusto & situ: & nomīatū loci amenitate & delicijs prestā cius ciuitatibus hyspanie cunctis · atq̃ illu- strius florens sanctorum martirum sepulturis Afri sub hanibale marittima hyspanie occu pātes: cartaginem spartaniam construxerūt q̄ mox a romanis capta et colonia facta: no men etiam puintie dedit. Nūc aūt a gothis subuersa atq̃ in desolationē redacta est. Sa- guntum greci ex insula iacincto pfecti i hy- spaniam condiderunt: quā afri postea bello impetitam deleuerūt Emeritam cesar augus- tus edificauit postq̄ lusitaniam & quasdam occeani insulas cepit: dans ei nomen ab eo qd ibi milites veteranos constituisset Nam emeriti dicuntur veterani · solutiq̃ a militia · Ollisippona ab vlixe est cōdita & nūcupa- ta quo loco sicut historiographi dicūt celū a terra et maria disiungūtur a terris · Hispalī cesar iulius condidit quā ex suo nomie & ro me vrbis vocabulo iuliam romulam nūcu- pauit · Spalis aūt a situ cognoīata est eo qd in solo palustri suffixa pfundo palis locata sit: ne lubrico atq̃ instabili fundamento ca- deret Gades oppidum a penis: id est a gre- cis cōditum: qui etiam & cartaginem spar- taneā condiderunt Septem oppidum a mō tibus septem · quia similitudinē fratres voca ti gaditano imminent freto Tingis ciuitatis & lixis ciuitatis anteus auctor est · quē her cules fertur lucte certamie superatum inter fecisse Lix aūt a lixo flumie mauritanie nun cupata: vbi antea regia fuit · & sala qd immi neat sale flumini Cesarie mauritanie oppidū iuba rex maurorum in honorem cesaris au- gusti condidit: quā ex eius nomie cesaream appellauit sicut herodes aliam cesaream in palestina q̄ nunc est vrbs clarissima Icosium cesariensis mauritanie oppidum hercule illic transeunte · 20 · a comitatu eius discedentes construxerūt Hanc ne quis imposito a se no mine priuatim gloriaretur de condentium numero vrbi icosio nomie est datum · Cyre- ne regina fuit libie q̄ ex suo nomine ciuitatē cyrenem condidit: ex qua & libiam cirenen- sem vocauit ·

De ventis · CA XXV

V Entus aer cōmotus & agitatus et pro diuersis ptibus celi nomia sor titur diuersa · Dicitur aūt ventus qd sit vehemens & violentus. Vis em̄ eius tanta est vt non solum saxa & arbores euel lat · sed etiam celum terramq̃ conturbet · ma ria cōmoueat Ventorum q̄tuor principales spūs sunt Quorum pmus Ab oriente subsola- nus A meridie auster Ab occidente fauoni- us A septentrione eiusdē nomis aspirat: ha bens gemios hincinde ventorum spūs Subso lanus a latere dextro vulturnum habet A le uo eurum Auster a dextris · euro austrum A sinistris austro affricum Fauonius a pte dex tra affricum A leua chorum Porro septentrio a dextris circiū · A sinistris aquilonē hy · 12 · venti mūdi globū flatibus circumagūt Quo rū noia pprijs ex causis signata sunt · Nā subsolanus vocatus eo qd sub ortu solis nas catur Eurus eo qd ab eo flat · id est ab orien te · Est em̄ subsolano cōiunctus · Vulturnus qd alte tonat: de quo Lucretius · Altitonās vulturnus & auster fulmine pollens · Auster ab hauriendo aquas vocatus Vnde & cras sum aerem facit & nubila nutrit Hic grece no thus appellatur: ppter qd interdum corrū- pat aerem Nam pestilentiam q̄ ex corrupto aere nascitur · auster flās in reliquas regiones transmittit: sed sicut auster pestilentiā ging- nit: sic aquilo repellit Euro auster dictus qd ex vna pte habeat eurum: ex altera austrum Austro affricus: qd iunctus sit hincinde au- stro & affrico · Ipse & libanotus · qd sit ei · i · affricus lips hinc & inde notus · Zephirus greco nomie appellatus eo qd flores & ger mina eius flatu viuificentur Hic latine fauo- nius dicitur ppter qd foueat q̄ nascuntur vnde ē illud · Et sephiro ruris se glebare sol uit Austro aūt flores soluūtur a zephiro fi- unt Affricus a ppria regione vocatus In af frica em̄ initiū flandi sumit · Chorus est qui ab occidente estiuo flat: & vocatus chorus qd ipe ventorum circulū claudat: & q̄si chorum

faciat. Hic antea scaurus dictus que plerique Argesten dicunt: non vt imprudens vulgus agresten. Septentrio dictus eo quod a circulo septem stellarum consurgit: quo vertente se mundo resupinato capite ferri videntur. Circius dictus eo quod choro sit iunctus Hunc hyspani gallicum vocant propter quod eis a parte gallicie flat. Aquilo dictus eo quod aquas stringat et nubes dissipet. Est enim gelidus ventus et siccus Idem et boreus qui ab yper boreis montibus flat Inde enim origo eiusdem venti est. vnde et frigidus Natura enim omnium septentrionalium ventorum frigida et sicca est. Australium humida et calida. Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt Septentrio et auster Ethesie autem flabra aquilonis sunt quibus nomen inditum est: quod certo anni tempore flatus augere incipiunt. Eniauctbos enim grece annus latine dicitur Hec autem cursum rectum a borea in egyptum fertur: quibus auster contrarius est Duo sunt autem extra hos vbique spiritus magis quam venti aura et altanus Aura ab aere dicta quasi aerea quod lenis sit motus aeris Agitatus enim aer auram facit. Vnde et Lucretius Aereas auras Altanus qui in pelago est per deriuationem abalto .i. mari vocatus. Nam altus est flatus in ripis que diximus auram Nam aura terra est Turbo est volubilitas ventorum et turbo dictus a terra quociens ventus consurgit et terram in circuitum mittit Tempestas autem pro tempore dicitur sicut vbique historiographi solent dum dicunt ea tempestate. Aut ab statu celi quia magnitudine sui multis diebus oritur Verno autem et autunali tempore quam maxime fiunt tempestates quando nec plena est estas. nec plena hyems vnde et medium confine vtriusque temporis ex coniunctione aerum contrariorum efficiuntur tempestates Fragor a fractarum rerum nominatus est sonitu. quia sicca queque et arida frangit facile Procella ab eo quod percellat id est percuciat et euellat. Est enim vis venti cum pluuia Procelli enim aut de flumibus aut de ventis fiunt Nichil autem velocius ventis. vnde et propter celeritatem tam ventos que fulmina alata fingunt poete: vt alatis viribus austri.

De diuersitate aquarum. CA XXVI

Quarum nature multa est diuersitas a Alie enim salis. Alie nitri. Alie aluminis. Alie sulphuris. Alye bituminis. Alie curam morborum adhibentes. Nam iuxta romam albule aque vulneribus medentur. In ytalia fons ciceronis oculorum vulnera curat In ethiopia lacus est quo perfusa corpora velut oleo nitescunt Zame fons in affrica canoras voces facit Ex clitorio lacu. ytalie qui biberint. vini tedium habent In chyo insula fontem esse dicunt: quo hebetes fiunt In boetia duo fontes. alter memoriam. alter obliuionem. affert Cizici fons amorem veneris tollit. Boetie lacus furialis est. de quo qui biberit ardore libidinis exardescit In campania sunt aque que sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere dicuntur In ethiopia fonte rubro qui biberit limphaticus fit. Lechnus. fons archadie. abortus fieri non patitur In sicilia fontes sunt duo quorum vnus sterilitatem secundat: alter fecundam sterilem facit. In thessalia duo sunt flumina. ex vno bibentes oues nigros fieri ferunt. ex altero albas. ex vtroque varias Clitunus lacus in vmbria maximos boues gignit Reatinis paludes aquis iumentorum vngulas indurari dicunt In aspaltide lacu iudee nichil mergi potest quicquid animam habet In indis siden vocatur stagnum in quo nichil natat sed omnia merguntur. Ac contra in alce lacu per porcidamum omnia fluitant nichil mergitur Marside fons in frigia saxa generat In achaia aqua profluit e saxis Stix appellata quod illico potata interficit Celonium stagnum sicilie tetro odore abigit proximantes. Fons est in affrica circa templum ammonis qui humoris nexibus humum stringit Fauillas etiam in cespite solidat. Fons iob in ydumea quater in anno colorem mutare dicitur. i. puluerulentum sanguineum viridem et limpidum trinis mensibus in anno tenens. ex hijs vnum colorem In trogoditis lacus est ter in die fit amarus et deinde totiens dulcis. Fons silua ad radicem montis syon: non

ingibꝰ aquis sed in certis horis diebusq̄ ebulit. In iudea quondam riuus sabatis omnibus siccabatur In sardinia fontes calidi oculis medentur: fures arguunt. Nam cecitate detegitur eorꝫ. In ephiro esse ferunt fontem in quo faces extinguūtur accesse: & accendūtur extincte Apud garamantes fontem esse ita algentem die vt non bibatur. ita ardentē nocte vt nō tangatur. Iam vero in multis locis aque manant ꝑpetim feruentes tanta vi vt balnea calefaciant. Quedā eñ terre sunt que multum sulphuris & aluminis habent. Itaq̄ cū per venas calentes aqua frigida venit vicino sulphuris calore contacta excandescit nec talis ab origine effluit: sed ꝑmutatur dum venit. Sulphur eñ alumen qđ secum ferunt aque vtraq̄ materiā igne plenā mirisq̄ motibus in calescentem.

De occeano. CA XXVII

O Cceanum greci & latini ideo nominãt & qđ in circulo modo ambiat orbem: siue a celeritate: eo qđ ocius currat Item quia vt celum purpureo colore nitet. occeanus quasi cianeus. Iste est qui oras terrarū amplectitur alternisq̄ estibꝰ accidit atq̄ recedit Respirantibus eñ in profundū ventis aut remoueat maria aut resorbet quiq̄ a ꝓximis regionibus diuersa vocabula sumpsit. vt gallicus. germanicus. sciticus. caspius. hircanus. atlanticus. gaditanus Nam gaditanū fretum a gadibus dictū vbi ꝑmo ab occeano maris magni limē aperitur Vnde & hercules cū gadibꝰ peruenisset. columnas ibi posuit sperans illic esse orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari. CA XXVIII

M Are magnum est: qđ ab occasu ex occeano fluit: & in meridiem vergit. deinde ad septentrionē tendit Qđ inde magnū appellatur. quia cetera maria incōpatione eius minora sunt. Istud ē & mediterraneum: quia per mediam terrā vsq̄ ad orientē ꝓfunditur Europam & affricā asiamq̄ disterminans Cuius ꝑme ꝑtis sinus q̄ in hyspanijs ꝓfunditur. hibericus & balearicus appellatur Deinde gallicus qui narbonensem ꝓuinciam alluit Mox ligusticus qui iuxta genuam vrbem est ꝓximus. Post hec tirrenus qui ytaliam attingit: quē greci ionium ytali inferum vocant: deinde siculus qui a sicilia vsq̄ ad cretam vadit: deinde creticꝰ qui in pamphiliam & egyptū ꝓtendit Inde elespontus qui in septētrionē retorquēs amfractibus magnis iuxta grecias & illiricū in angustias septem stadiorꝫ stringiturq̄ xerxes ponte nauibus facto cōmeauit. ibi est abidus Inde diffusus ab equore patente rursus stringitur. & facit ꝓpontidē qui mox ī qngentos passus coartatur: fitq̄ bosphorus tratius qui darius copias transportauit Inde ponticus sinus amplissimus a tergo meotidis paludis qđ mare ex multitudine fluminum dulcius quā cetera nebulosumq̄ & breuius ē: vñ & pōticum vocatum qđ sit breuius atq̄ ꝑter focas & tinos atq̄ delfinos. alias beluas maiores non patitur Sicut aũt terra dum vna sit ꝑ diuersis locis varijs appellatur vocabulis. ita & ꝑ regionibꝰ hoc mare magnū diuersis nominibus nūcupatur. Nā hibericum & asiaticū a ꝓuincijs dictam ab insulis balearicum siculum. creticum. ciprium. egeum. carpatiū. Nā inter tenedum & atiuz saxum ē in mari potius q̄ in insula qđ videntibus procul capre simile creditur quā egea nuncupant vñ et egeum mare est dictum. sic & carpatiū mare int egyptū & rhodū ab insula carpatium illic posita A gentibꝰ gallicū. ausonium. dalmaticum. libiusticū. Ab oppidis argolicū. corinthium. tirium. adriaticū. Nam adria quedam ciuitas illirico mari ꝓxima fuit que adriatico mari nomen dedit. A positione celi. vt superum & inferum. qđ sit oriens supior. occidens inferior. Est aũt tuscum & adriaticum A memoria regis. vt ionium Io qppe rex fuit grecie. vñ iones athenienses Hoc mare et tyrrenum dictū. siue qđ tusciam alluit. i. tirrenam. siue a tirrenis nautis qui se in hoc mare ꝑcipitauerūt Et sciendum ionium sinū esse immēsuz a ionia vsq̄ ad siciliam. & huius partes esse adriaticum.

achaicū· & epiroticum A moribus accolarū alibi euxinus ascenus antea appellatus ē. A casibus homīm qui ceciderūt in mari vt elesf pontū· hircanum· mirteum. Nam mirteum mare dictū a mirtili lapsu qd illic ab enomao precipitatus sit. Hircanus vero cretensis vt fabule ferunt altiora petens: pennis solis calore solutis mari in quo cecidit nomē imposuit Frixus quoq̧ cū elle sorore sua fugiens insidias nouercales conscēdit nauē signum arietis habentē qua liberatus est. Elles autē soror eius ꝑpessa naufragium decidit in mari· & mortua ellesponto: mari dedit nomen Ab ordine fluenti ꝓpontidis Nam dictum ꝓpontū quia pontū preuenit Idem & a trāsitu vel angustis meatibus boum bossorus. Egyptius aūt pelagus asie datur: gallicus europe affricus lybie. Hijs vt queq̧ proxima sunt venerūt in ptes. Pelagus aūt est latitudo maris sine littore & portu greco nomīe a potu plagia hoc est a latitudine dictū· vn̄ & plagia eo qd sint importuosa.

De sinibus maris. CA XXIX

Sinus dicuntur maiores recessus maris vt in mari magno ionius In occeano caspius· Indicus· Persicus· arabicus· qui et mare rubrū· qui occeano asscribitur Rubrum aūt mare vocatū eo qd sit roseis vndis infectū: non tn̄ talem naturam habet qualē videtur ostendere: sed vicinis litoribꝰ viciatur gurges atq̧ inficitur· quia omīs terra que circūstat pelago rubra est & sanguineo colori proxima. Ideoq̧ inde minīū acutissimū excerpitur: & alij colores quibus pictura variatur Ergo cū terra hāc habeat naturam fluctibus sub inde diluitur: & quicquid adhesum est in colorem cadit. Ob hoc etiam in hijs litoribus gemme rubre inueniuntur Lapillus em̄ huiusmodi humo inuolutus cū inter arenas attritus ē & terre colorem habet & maris Hoc mare in duos sciditur sinus Ex his qui ab oriente ē persicus appellatur quia ora illius pse inhabitāt Alter vero arabicus dicitur qd sit circa arabiā·

De estibus & fretis. CA XXX

Estus ad occeanū ptinet· fretum ad vtrumq̧ mare Nam estus ē maris accessus vel recessus· i· inquietudo vnde & estuaria p que mare vicissim tam accedit q̄ recedit Fretum aūt appellatū qd ibi semper mare ferueat Nam fretum est angustū et quasi feruens mare ab vndarū feruore nominatum: vt gaditanū vel siculum. Nam freta dicta varro ait quasi feruida· i· feruentia· & motum feruoris hn̄tia. Fretum sicilie qd regiū dicitur salustiꝰ ex tali causa vocari scribit dicens· ytalie olim siciliā cōiunctam fuisse: & dum esset vna tellus medium spacium aut p humiditatem abruptum est aquis aut p angustiam scissum Et inde regium nomīatum· quia grece abruptum hoc nomīe nuncupatur Est autem artissimum trium miliū spatio siciliam ab ytalia diuidēs fabulosis infame monstris quibus hincinde scilla & caribdis ostenditur Scillam accole saxum mari imminens appellant: simile celebrate forme procul visentibus: vnde & mōstruosam speciem fabule illi dederunt· quasi formā hominis capitibus succinctā caninis: quia collisi ibi fluctus latratus videntur exp̄mere. Caribdis dicta qd gurgitibus occultis naues absorbeat. Est em̄ mare verticosum· & inde ibi laniata naufragia profundo emerguntur Ter aūt in die erigit fluctus· & ter absorbet· Nā accipit aquas vt vomat· vomit vt rursus accipiat Sirtes autē sunt arenosa in mari loca Sirtes aūt salustius a tractu vocari dicit qd omnia ad se trahant· & appropinqn̄tes vadoso mari hereant Hee aūt ad mare egyptium vicine sunt & pariter admiscentur. Vada vero sunt p que in mari vel in fluminibus homīes vel animalia pedibus vadāt q̄ virgilius breuia appellat· greci bracia·

De lacis & stagnis. CA XXXI

Sunt & quedam maria q̄ nō miscētur occeani fluctibus aut mari magno· & dicuntur lacus & stagna· Lacus est receptaculum in quo aqua retinetur· nec miscetur fluctibus· vt lacus aspalti· lacus: benacꝰ: & largius et ceteri quos greci

limen·i·stagnos vocant Nam fontes labun tar in fluuijs flumia in freta discurrũt. Lac⁹ stat in loco nec pfluit Et dictus lacus quasi aque locus Lacus aspalti idem & mare mor tuum vocatũ ppter qđ nichil gignit viuuz nichil recipit ex genere viuentiũ · Nam neq; pisces habet·neq; assuetas aquis & letas mer gendi vsu patitur aues: sed & quecũq; viuē tia mergenda temptaueris: quacũq; arte di mersa statim resiliunt: & q̃uis vehementer il lesa confestim excuciũtur: sed neq; vetis mo netur·resistende turbinibus bitumie quo aq̃ omnis stãgnatur: neq; nauigationis paties est: quia omĩa vita carentia in pfundum mer guntur· nec materiam vllam sustinet nisi q̃ bitumie illustratur Lucernã accensam ferunt supnatare: extincto lumine demergi· hoc & mare salinarum dicitur · siue lacus aspalti·i· bitumis·& est in iudea inter iericho & zoa ran Lõgitudo eius vsq; ad soras arabie diri gitur·stadijs·780· Latitudo stadijs ·140· vsq; ad vicinia sodomorum· Lacus tyberia dis ab oppido tyberiade vocatus qđ quõ= dam herodes in honorē tyberij cesaris con didit Est aũt in iudea omibus lacis salubri= or·& ad sanitatem corpoꝝ quodãmodo ef= ficatior ·Genesar lacus amplissimus in iudea lõgitudie ·140· extenditur stadijs Latitudi ne·40· diffunditur crispantibꝫ aq̃s· aurũ nõ vẽtis sed desẽipo sibi excreans : Vñ & gene= sar dicitur greco vocabulo quasi generãs si= bi auram deniq; p diffusiora spacia lacus fre quentibus auris spirantibus agitatur. Vnde & purior haustus eius·& ad potandũ dul= cis & habilis ·Benacus lacus ytalie in vene= tia: de quo fluuius nascitur mincius q̃ lacus magnitudinē sui tempestates imitatur mari nas Lucrin⁹ et auernus·lacus campanie sunt Lucrinus aũt dictus·quia olim ppter copi= am pisciũ vectigalia magna p̃stabat. Auern⁹ autē lacus vocatus qđ aues ibi supuolitare nõ possent .Nã antea siluarum densitate sic ambiebatur vt exalantes inde p angustias aque sulphuree fetor grauissimus supuolan= tes aues alitu suo necaret Quã rem augustus cesar intelligens deiectis siluis expestilenti= bus amena reddidit loca· Lacus aũt idem & stagnum vbi immensa aqua conuenit Nã di ctum est stagnũ ab eo qđ illic aqua stet nec decurrat·

De Abisso· CA XXXII

a Bissus pfunditas aquarũ impene trabilis· siue speluce aquarũ laten= tium de quibus fontes & flumina pcedunt· vel que occulte subtereũt· vnde et abissus· dictus Nam omẽs aquas siue torrẽ tes per occultas venas ad matricem abissum reuertuntur Fluctus dicti qđ flatibꝫ fiant Vē torum enĩ impulsu agitate aque fluctuãt ·A qua ē statiua & sine motu equalis Vnde ve ro eminens liquor q̃ semp in motu est·Lu cretius Aerias vndas·i·motus & corpus il lud qđ refluctuat Nã nec vnda p se aqua ē sed aqua in motu quodã et agitatione quasi abeundo & redeũdo vnda vocata Latex p prie liquor fontis est Et dictus latex qđ in venis terre lateat Gutta est q̃ stat Stilla que cadit Hinc & stillicidium quasi stilla cadens Stiria enĩ grecũ est·i· gutta: inde fit diminu tiuum vt dicim⁹ stilladũ aũt stat aut pẽdet detectis vel arboribus quasi glutinosa ē· dũ ceciderit stilla ē · Spuma est dicta eo qđ spu atur· sordes enĩ sunt vndarum· vnde & mu stum · & ea q̃ coquũtur spuma purgantur· Hinc et sputum·

De fluminibus· CA XXXIII

f Luuius est pennis aquarũ decur= sus a fluendo ppetim dictus. Pro= prie aũt flumen ipa aqua· fluuius cursus aque Prius aũt flumen q̃ fluuius·i· p̃ or aqua q̃ decursus · Duo sunt fluminũ ge nera: vnum torrens alteꝝ viuũ· De quo Vir gilius Donec me flumie viuo abluero· Tor= rens est aqua veniens cũ impetu· Dictus aũt torrens quia pluuia crescit· siccitate torrescit ·i·arescit De quo Pacubius Flammeo vapo re torrens torret· cui greci ab hyeme nomen dederũt· nos ab estate· illi a tpe quo arescit nos a tpe quo siccatur Amnis fluuius ē ne= more ac frondibus redimitus & ex ipa ame=

nitate amnis vocatur Decursus ꝓprie finis
cursus siue aquaꝝ sit: seu ꝙrumlibet rerũ. Ri
ui dicti qđ deriuentur ab irrigandũ id est in
ducendum aquas in agris Nam irrigare in-
ducere ẽ Gurges ꝓprie locus altus in flumi
ne. Puteus est locus defossos ex quo hauri-
tur aqua a potatione dictus Fons caput a-
que est nascentis· quasi fundens aquas Qui-
dam aũt fluuiorum ꝓpriꝭs ex causis nomi-
na acceperant: ex qbꝫ nõnulli notãdi sunt
qui in hystoriꝭs celebres memorantur. Gi
on. Fluuius de paradiso exiens atꝗ vniuer-
sam ethyopiam cingens vocatus hoc noĩe
qđ incremento sue inundationis terrã egip
ti irriget. Ge· em̃ grece latine terram signifi-
cat Hic apud egiptios Nilus vocatur· ꝓpt
linum quẽ trahit: q̃ efficit fecunditatẽ· vnde
& nilus dictus est Nã antea nilus latine me
lo dicebatur Apparet aũt ĩ nilido: lacu de q̃
